

fulsus, adeoque alter fuisse nocens, videtur etiam præsumi debere defensio fuisse facta sine culpa, quia non debet præsumi culpa, nisi probetur.

327. Contraria tamen sententia est communior DD. qui in terminis requirunt, ut probetur etiā necessitas defensionis. Ita post alios, Damhouderus *e. 76. n. 3.* nempe, ut doceat articulatum, se in ea invasione adeo fuisse in angustia confectum, ut sine summo vitæ suæ periculo, imò nec ullo alio modo posuisset ex ea afflictione effugere, nisi semet defendendo ac adversarium cadendo.

Verum, quia hi AA. non satis declarant, an hanc tam plenam probationem requirant ad effugiendam omnem omnino penam, ideo Benedictus Carpzovius mediam viam ingreditur, & docet, hanc plenam probationem requiri ad evadendam omnem penam. Quod si verò solum probetur invasio ab altero facta, hoc sufficere quidem ad evadendam penam ordinatam, quia fundat præsumptionem aliquam, quòd fuerit necessitas se defendendi tali modo; verum, non sufficere ad evadendam omnem penam. Sed huius ego non invenio ullum solidum fundamentum, nec video, quo iure præsumi debeat defensor excessisse in aliquo moderamen inculpate tutelæ: præsertim cum valde difficile sit, probare hanc oblationem. Solum facit pro hac sententia, quòd Ordinatio Carolina. 141. requirit huiusmodi probationem, ad evadendam omnem penam. ergo videtur inferendum, deficiente v. g. tam plenâ probatione, loci esse alicui penæ, carceris: quæ tamen consequentia non videtur satis firma. videtur ergo requiri, ut saltem aliqua suspicio sit de excessu, ut in sequentibus confirmabitur.

328. Difficultas est, si Reus fateatur homicidium, sed præsentem iustam defensionem probare non potest per testes, quia nulli interverunt, qualiter possit juvari præsumptionibus, saltem ut liberetur à penâ ordinaria. Respondet Carpzovius. n. 49. hoc vix posse definiti, propter varietatem ac multipliciter factorum, & circumstantiarum: ideoque rem totam arbitrio iudicis committendam esse, juxta ord. Crim. art. 143. pro cuius iudicis instructione ait, ponderandas esse circumstantias temporum, locorum, rerum, personarum, utriusque nimirum tam occisi quam occidentis statum, & conditionem, quo quisque armorum genere usus sit, quæ & quot quisque vulnera acceperit: quo se modo ante, & post factum homicidium gesserit, quis eorum ex vita ante acta majorem fidem, & innocentiam opinionem mereatur. &c. Sic enim qui fortior, animosior, & audacior est, præsumitur aggressor, aut qui suæ naturâ litigiosus aut rixosus est, vel qui

occidentis inimicus erat, & minatus. Circa præsumptionem tamen in inimicitia, & minis fundandam, attendenda est complexio & constitutio minantis & irati. Non enim; qui longe ante eadem perpetrata contra aliquem ex subito motu, animique præcipitatione minas jactavit, inimicus statim censendus est, ita ut pro aggressore haberi debeat. Nam ita naturâ comparatarum est, ut qui facile perturbantur, & ad iram commoventur, eadem facilitate ab ira remittant. & e contra, qui tardiores ad iram, hi vicissim implacabiliores, & duriores sunt ad remittendum. Itâ quidem pronuntiat cum Bern. Grau. Carpzovius, & ego, loquendo de Germanis, facile conscientiam, non item de alijs Nationibus.

329. Maxima verò præsumptio sumitur pro reo, si semper fuit vitæ probatæ & honestæ, pacis amans, & alijs haud molestus nec ingratus. Itè si qui occisus est, jam vulneratus ante mortem ipsemet exculpatur vulnerantem, præsumitur fuisse aggressor. Item si superstes statim cade factâ se iudici sistit, prout legitur de honesta matrona Hispana, quæ turpem & violentum amatum, cum aliter non posset, proprio ipsius pugione transfodit, & ad iudicem rem detulit, & laudem immortalẽ inde retulit.

Ex huiusmodi præsumptionum fundamentis Iudex arbitrabitur, an intemperatè sit iuramentum purgatorium deferre.

330. Sed quidli probatio defensionis prorsus deficit, & moderamen inculpate tutelæ ne quidem conjecturis aut præsumptionibus firmari potest, & ignoratur quis aggressor fuerit: tunc de homicidio confictus aut sponte confessus, antequam illi penâ ordinaria decernatur, tortura subijci potest. Et si quidem in tortura perleveret, nec aliquid fateatur, quod sibi obesse possit, penitus absolvendus est, ut constat ex dicendis de Tortura, tractatu sequente.



Incen-

Incendium.

S V M M A R I V M.

DE quibus incendiariis hoc loco fit sermo. 331.
Quæ pœna statuatur Jure Canonico. eod.
Quam Jure Civili. 332.

Quid statuat Ordinatio Carolina. 333.
An in Imperio fiat discrimen inter Nobilem & Plebeium, Marem aut feminam, factum vuri aut in civitate. 334.

An eadem pœna teneat mandantem, eod.
An mitiganda pœna ob præcedentem offensam. 335.

An exasperanda ob repetitionem delicti. 336.
An requiratur, delictum fuisse consummatum, vel sufficiat attentatum. 337.

Quis incendiarius ante ortum incendii pœnitens amoveat causas incendi. 338.

Quis jam orto incendio pœnitens conatur impedire quantum potest. 339.

Quomodo procedendum cum minori ætate. 340.
Quomodo procedendum cum eo, qui per injuriam incendii causa fuit. 341.

Quomodo teneatur paterfamilias vicino ad reparandum damnum datum incendio suorum domesticorum, & cui incumbat onus probandi. 242. & seq.

331. Sermo in præsentem est de illis Incendiariis, qui Idiomete Germanico *Mordbrenner* vocantur, hoc est, qui dolo malo, sive ex odio, sive amore lucri, alterius aedificia, vel bona, ut legetes, fenam, acervos fructuum &c. incendunt, aut se incensuros minantur, quod delictum annumeratur atrocissimum, in quibus arentatum æquè ut consummatum punitur.

In Jure Canonico diversæ pœnæ statuuntur pro diversitate damni illati, & imprimis in cap. 5. de injuriis & damno dato dicitur. [Si egressus ignis comprehenderit acervos frugum, sive stantes segetes in agris, reddet damnum qui ignem succenderit.] Hac tamen non est nisi declaratio juris naturæ, quo jure tenetur talis ad damni restitutionem ex secunda radice, hoc est, injusta læsione. In cap. sequenti additur pœna, ut tres annos pœnitent, qui domum vel aream alienius incendit. In cap. 19. de sent. excommunic. dicitur, quòd incendiarii, ex quo sunt per Ecclesiæ sententiam publicati, pro absolutionis beneficio ad Apostolicam sedem sint mittendi. Incendiarii verò Ecclesiarum sunt ipso jure excommunicati secundum glossam, (quod tamen in textu c.

cum devotissimum, non legitur) & in c. 14. ca. 17. q. 4. sic statuitur. [Si quis Ecclesiæ igne combusserit, quindecim annis pœnitent, & eam solum restituit, & pretium suum pauperibus distribuat.] Et in can. 32. ca. 23. q. 8. ad alios extenditur. [Si quis ergo post huius nostræ prohibitionis promulgationem malo studio, sive pro odio sive pro vindictâ ignem apposuerit, vel apponi fecerit, aut appositoribus consilium, vel auxilium scienter tribuerit, excommunicetur. Et si mortuus fuerit incendiarius, Christianorum carcat sepulturâ, nec absolvatur nisi prius damno, cui intulit, secundum facultates suas, esarcito, juret se ulterius ignem non appositurum. Pœnitentia autem ci detur ut Hieroloymis aut in Hispania in servitio Dei per annum integrum permaneat.] Et hæc habentur in Jure Canonico.

332. Jus Civile variat etiam in constituenda pœna Incendiariorum pro diversitate personarum, vel rerum incensarum, ut constat ex Juribus allegandis. l. 9. ff. de incendio &c. [Qui aedes, acervum frumenti juxta domum posuit, combusserit, vinculis verberatus, igni necari jubetur, si modò sciens prudensque id commiserit: si vero casu, id est negligentia, aut noxiam facere jubetur, aut si minus idoneus sit, levius castigatur. Appellatione autem aedium omnes species aedificij continentur.] l. 12. §. 1. eod. [Qui datâ operâ in civitate incendium fecerit, si humiliori loco sint, bestijs obijci solent, si in aliquo gradu id fecerint, capite puniuntur, aut certe in insulam deportantur.] l. 28. §. 12. de pœnis. [Incendiarii capite puniuntur, qui ob inimicitias vel prædæ causâ incenderint intra oppidum, & plerumque vivi exurantur. Qui verò calam aut villam, lenius] quò spectat etiam lex. 10. ff. ad l. Corn. de sicar. [Si quis dolo insulam, meam exusserit, capitis pœnâ plectetur, quasi incendiarius.] Ergo mitius punitur qui extra oppidum incendit, quam qui intra oppidum, nam hoc est magis periculosum, magisque paci publicæ adversum. Unde inferunt DD. quòd si incendium à vili etiam persona sit factum extra oppidum, & ruri, sufficiat deportatio, si incendium sit parvum, decapitatio, si magnum, quod si sit persona egregia, ob huiusmodi incendium magnum ruri factum deportatur, ob parvum relegatur, ut cum alijs tradit Bellichius à n. 8.

333. Denique Ordinatio Crimin. Carolina. art. 125. sic statuit. Malitiosus, & convictus Incendiarii vivi exurantur. Ut proinde hic quoque verum sit, per quæ quis peccat, per ea esse puniendum: testaturque Damhouderus, in Flandria quoque & Brabantia, hanc pœnam consuetudine receptam esse.

Dubitatam est, an hæc Carolina Constitutione
R 3

tione abrogatum sit discrimen, quod Jus Civile facit inter personam plebejam & Nobilem. Ratio dubitandi est, quia communis regula habet, mitius puniendos esse Nobiles quam plebejos, ceteris paribus: cujus regulæ rationem alibi dedi, quod licet materialiter loquendo minor & major pœna sint inæquales, formaliter tamen loquendo possit in persona Nobili pœna materialiter minor evadere, æqualis majori. v.g. nobilem personam in carcerari potest æquivalere formaliter & moraliter loquendo relegationi personæ vulgaris: Nihilominus

334. Dicendum est I. In Imperio, ubi servatur adducta Ordinatio, nullum fieri discrimen inter Nobilem & Plebejam, sicut nec inter Marem & feminam, ut cum aliis tradit Carpzovius q. 38. à n. 23. & merito, ob verborum generalitatem. Neque ratio dubitandi urget, quia illa regula solum solet observari in penis arbitrariis.

Ob eandem rationem sublatum est discrimen inter incendium factum ruri, & in civitate: inter ædes, tuguria, & horrea, imò & stabula, ut idem auctor tradit, quia eadem ratio & verborum generalitas urget. Neque etiam hanc pœnam declinabit reus ex eo capite, quod forte incendium non fuerit magnum, sed citò extinctum: semper enim spectanda est atrocitas delicti, & periculum majoris incendii. Non credo tamen hac pœnâ afficiendum esse, qui vile ali- quod mappale, in prato pro custodibus erectum ex malicia incenderet, unde flamma grassari ulterius non potest. Non enim est gravius delictum, quam si illud alio modo destrueret, aut everteret. Consentit Berlichius *Concl.* 24. n. 43.

Extenditur hæc pœna etiam ad Mandantem, utpote qui est causa principalis, & vel ideo magis reus, quod etiam alium in idem crimen inducat: unde & de Consiliario, qui reverâ persuadet incendium alioquin non futurum, idem dicendum existimo.

335. Dubitari posset, an relevari posset incendiarius prætextu precedentis offensa, quâ ad vehementissimam iram provocatus se per incendium vindicaverit. Ratio dubitandi est, quia supra diximus, mitius puniendum illum qui ab alio offensus ex iracundiæ calore moderamen inculpatæ tutelæ prætergreditur. Nihilominus dicendum est, hanc tam periculosam & atrocem vindictam non mereri ullam relevationem pœnæ, nec enim à natura ad hujusmodi genus vindictæ quasi per vim impellimur, sicut ad reperatendum aggressorem.

336. Dubitatum etiam est, an ob hoc delictum iteratum, sit in potestate Judicis pœnam exasperare, v.g. præmittendo adulationem in

brachiis, alligando trahæ, quâ trahatur reus ad locum supplicii. R. Per se loquendo, hoc non esse concedendum, quandoquidem textus Ordinationis Carolinae hoc non concedit, sicut concedit in iterato latrocínio & Veneficio. & quia pœna ignis est se acerbissima. Dixi, per se loquendo. Nam per accidens id utique fieri potest, imò debet, si concurrant alia diverſi generis delicta, diverſam pœnam exigentia, per regulam vulgarem, quod nunquam plura delicta concurrentia mereantur ex hac conjunctione impunitatem. *l. 2. ff. de privatis delictis.* [Nunquam plura delicta concurrentia faciunt, ut ullius impunitas detur. Neque enim delictum ob aliud delictum minuit pœnam.] Sed de hac exasperatione iterum infra.

337. Dicendum II. Ad incurrendam vivæ combustionis pœnam, non requiritur delictum actu consummatum, effectumque secutum esse, sed sufficit fuisse attentatum: per regulam generalem, quod in atrocioribus delictis (quale hoc esse constat tum ex juribus adductis, & pœna illius, tum ex ipsa ratione, solus conatus, aliunde contra delinquentis intentionem impediens, puniatur perinde ac si effectus secutus esset.

Exilimo tamen, hunc conatum debuisse factum esse aliquo actu externo & reali, v.g. apponendo vel deportando materiam incutivam: nec sufficere, si præcisè consultatio aut tractatus præcessisset. Imò nec credo (quidquid dicant Gilhusius, Damhouderus & Farinacius) sufficere puras minas, quæ solent fieri dicendo: ego tibi rubrum Gallum supra tectum ponam; nisi forte personæ talis esset, de qua merito præsumi posset, ad effectum deducendum fuisse minas, nisi impedita fuisset, absque hoc sufficeret incarcerationio, donec sufficientem cautionem præstaret, de non offendendo, ut etiam tradit Berlichius n. 29. apud quem à n. 43. videri possunt varia indicia sufficientia ad torturam, & præsumptionem doli, qui probandus est.

338. Quæritur in quibus personis, aut casibus ordinata pœna mitigari possit. Et Dubitatur I. De eo, qui ante ortum incendii penitentia ductus, amovet causas incendii. Farinacius videtur tenere, talem omnino immunitatem ab omni pœna fore, nisi forte timore ductus, ob auditum rumorem &c. abstinuisse. Carpzovius tamen tenet, semper quidem talem puniendum, sed pœnâ mitiore, quam tamen non taxat, adeoque arbitrio Judicis videtur relinqui, quem putem non facile ad pœnam mortis processurum contra talem. Sed fortius

339. Dubitatur II. Qualiter puniendus ille, qui quidem incendio initium dedit, sed penitentia ductus, quantum in se est, conatur impedire progressum, convocando vicinos ad ex-

tin-

tinguendum &c. De hoc pronuntiant Scabini Lipsienses, esse quidem morte puniendum, non tamen igne, sed gladio, ut refert Carpzovius q. 39. & à simili probat in crimine diffidationis, quod non male cum incendio comparari potest. Quæ tamen paritas tunc solum locum habet, quando ex inchoato incendio necdum notabile damnum secutum esset, impediendo incendiario.

340. Dubitatur III. Qualiter excuset minor ætas, ut pœna ignis in pœnâ gladii commutari possit. Scabini sapienter hujusmodi pœnam mitigarunt illis qui pubertatem non ita pridem adepti erant; ad quam sententiâ defendendam adducitur lex 108. ff. de R. J. *Lex in omnibus pœnalibus judicis, & ætati & imprudentia succurrit.* Sed particula *ferè*, insinuat, in atrocissimis aliter fieri, præsertim si talia sint delicta, ad quæ non nisi magna malitia præter naturam inclinationem inducit, quale est incendii delictum, à quo natura abhorret.

341. Quæritur ulterius, quâ pœnâ afficiendus sit, qui non quidem dolo malo, sed tamen culpa sua, puta inconsideratè agendo, malè custodiendo, vel ex quadam levitate absque intentione inferendi damnum incendio damnum addit. R. Cum in jure nulla certa pœna decreta sit, arbitrio prudentis Judicis relinquatur ponderandus gradus culpe, an ea fuerit lata, levis, aut levissima. Et quidem ad damni reparationem communitè omnes condemnantur, ad quam etiam tenentur, sed non nisi post latam sententiâ, nisi culpa theologica intervenisset, tunc enim quousque teneantur in conscientia, colligendum est ex disputatis *trac.* 2. *de Jure privat.* c. 2. *Contra.* 6. De ulteriore pœna, v.g. corporali, aut pecuniaria, statat Jydex secundum gravitatem culpe: sic quidam ad trimeses per biennium condemnatus est, quod ex levitate acciderit stupam duorum latvariorum, quæ circumdanti erant, cum periculo combustionis eorundem. Sic Scabini ad fustigationem & perpetuam relegationem condemnarunt, qui quamvis ebrii candela in stabulo accessâ & malè custoditâ, magno incendio causam dederunt.

342. De Patre familias, quando teneatur vicino ad reparandum damnum datum incendio suorum domesticorum, alibi etiam actum est, nempe quando in officio sibi commissio peccatum ab illis est.

Controversia major est, cuiusnam incumbat onus probandi, an vicino, ut probet, culpâ domesticorum incendium exortum esse, an patrifamilias, ut probet nullam culpam intervenisse. Prior pars à multis defenditur. Verum

Theoricè rem considerando, verior est sententia requirens probationem, quod culpa ab-

fuerit. Quam sententiam solidè propugnat Carpzovius, & observatur à Scabini Lipsiensi- bus.

Probat. Illud præsumitur, quod plerumque fit. Atqui incendia plerumque exoriuntur in ædibus aliquâ culpâ: ergo hæc præsumitur, & quidem præsumptione Juris, nisi contrarium probetur. Minor habetur expressè in *l. 1. §. 1. ff. de Off. præfecti vigili.* ibi. *Quia plerumque incendia culpa sunt inhabitantium.* & in *l. 11. ff. de periculo & commodo rei vend.* ubi dicitur. *Incendium sine culpa fieri non posse.* & ridiculus est Hotomannus, volens, particulam *non*, esse expungendam: quod non solum omnibus exemplaribus, sed etiam ipsi contextui repugnat, ut fatetur Cujacius, alioquin pronus ad textus emendandos.

343. Obijciunt. Præsumptio hæc est indeterminatæ personæ, ergo actori probandum est, esse commissum à tali persona & in tali officio, ut inde obligeat paterfamilias. R. Negando consequentiam. Sed paterfamilias teneatur probare, esse commissum à persona tali, & non actu ad officium suum spectante: alioquin contrarium præsumetur, quia plerumque sit incendium ab illis, quos paterfamilias gubernat, & in officio illis commissio.

Incestus.

SUMMARIUM.

Quis committatur hoc delictum. 344. An committatur cum persona, legalis solum cognitione conjuncta. 345.

Quid de hoc delicto Ord. Carolina, vel Jus Cæsareum. 346.

Quomodo Incestuosi in linea reserâ puniendi. 347. Quis committatur cum agente vitæ meretriciam. eod.

Quomodo incestus inter laterales puniendus. 348. Quæ sit pœna Nuptiarum incestuarum. 349.

An requiratur consummatio nuptiarum irritarum. 350.

344. Committitur per copulam carnalem inter personas consanguinitate vel affinitate conjunctas in illo gradu, quo Jure Canonico matrimonium irritatur. Unde & nuptiæ inter tales personas absque dispensatione celebratæ Incestuosæ dicuntur.

Obiter hic adverto, multos Canonistas, quos sequitur Julius Clarus & Damhouderus, docere, quod committatur Incestus per copulam cum

eum Moniali, sed hoc repugnat omnibus definitionibus incestus quas tradit Fatinacius q. 149. & theologice dicitur Sacriligium.

345. Majori veritatis specie dicunt aliqui Justitiae, committi incestum cum persona legali cognatione conjuncta per Adoptionem. Verum Fatinacius cum aliis dicit, non esse nisi improprie incestum, nec puniri pena incestus ordinaria, sed mitiore & arbitraria. & ratio videtur reddi posse, quia impedimentum matrimonii non est perpetuum, sed solum durante adoptione, & tandem fiet questio de nomine. Aliud dicendum de conjunctis cognatione spirituali mediantibus Sacramentis Baptismi & Confirmationis, ut colligitur ex toto titulo de cognatione spirituali: nec tamen, teste eodem auctore, talis incestus punitur pena ordinaria, quia praesumitur ignorantia. Porro ex dispositione Tridentini Concilii hoc impedimentum comprehendit tantum suscipientem in baptismo, & susceptum, hujusque patrem, & matrem, necnon baptizantem & baptizatum, ipsiusque baptizati patrem & matrem: idem cum proportione in Sacramento Confirmationis. His praemissis, de pena Incestus, & Incestuum nuptiarum videamus.

346. Ordinatio Criminalis Carolina a. 117. nihil expresse statuit, sed vult in hoc delicto esse observandum Jus Imperiale, eoque iudicem remittit. Verum, hinc emergit difficultas. Nam in Jure Casareo non reperitur expresse pena statuta Incestui, sed solum per consequentiam deducitur, quatenus legitur, Incestum pena adulterii puniri. l. 38. pr. ff. ad l. Jul. de adul. [Si adulterium cum incesto committatur, ut puta cum privigna, nuru, noverca, muliere simuliter quoque punietur, id enim, remoto etiam adulterio eveniret.] Unde DD. communiter subsunt: atqui Adulterium jure novo punitur pena gladii, mulier vero in Monasterium detruitur. Ergo eadem erit pena Incestus: & quia Jus dicit, mulierem esse pari pena plecendam, inferunt communiter DD. tam matrem quam feminam esse ultimo supplicio puniendas. Et quamvis Carpovius q. 72. n. 7. dissentis verbis se communi huic opinioni opponat cum Harro. Bistorio, postea tamen n. 21. quoad incestum inter ascendentes & descendentes hanc communiorum opinionem sequitur.

347. Dicendum I. Hujusmodi incestuosi in linea recta puniendi sunt pena gladii, tam mas quam feminam, in quocunque gradu sint conjuncti. Ita communis DD. opinio habet. Ratio est, quia hodie haec est pena adulterii: ergo dum Jura volunt aequaliter puniri incestum, qui est gravius delictum, & expresse volunt feminam eodem modo puniri, consequenter per haec

jura hodie erit pena incestus pena gladii, non obstante l. 3. ff. de Quæstionibus, ubi antiquo jure solum deportabantur, etiam tunc, quando incestus cum adulterio aut stupro conjungebatur.

Dubitatum est, an pari pena puniretur, qui incestum committeret cum ascendente vel descendente, meretriciam vitam agente. Ratio dubitandi est, quia adulterium cum tali commissum etiam mitius punitur. g. Tamen, quidquid sit de ratione dubitandi, qua forte hodie locum non habet, negando paritatem, quia vita meretricia facit vilescere astimationem theori, non item conjunctionem sanguinis.

348. Dicendum II. Quamvis Incestus inter collaterales in quibusdam provinciis non puniatur pena mortis, sed fustigatione, vel relegatione, Jure communi tamen non videtur hoc probari, & Ordinatio Carolina loquitur de peccatis affinitate conjunctis. Unde talem incestum etiam pena mortis puniendum esse tradit Menochius, aliique relati ad Berlichio *Conclus.* 53. n. 1.

349. Dicendum II. Inspecio Jure Civili Cod. de incestis & in iuribus nuptiarum. Nuptiarum incestuum pena est, quod dos vel contrados, si que data, tanquam ab indignis auferatur: post mortem carera quoque eorum bona silco addicantur, testamenti faciendi potestate ipsis adempta: nisi existant liberi legitimi usque ad tertium gradum, vel parentes usque ad secundum, vel frater, soror, patruus, amita: quibus solis voluerunt leges servari bona, nisi & hi fuerint conciliatores illarum incestuum nuptiarum. Ita habetur l. 4. & 6. C. ut. cit. Imò jure Novellarum substantia universa contrahentium statim silco cedit, liberis legitimis existantibus, iis applicatur: Ita tamen ut parentem incestuosum alant: qui etiam sunt sui juris. Praeterea cingulo fixæ dignitatis spoliatur incestuosas nuptias contrahens, & in exilium mittitur: si vero sit vilis persona, prius verberibus castigatur. Sic habet auth. hujus citati tituli. [Incestas nuptias contrahentis pena est confiscatio bonorum tam ceterorum, quam doctis: exilium: etiam cinguli, si quo potitur, spoliatio, verberatio quoque, si vilis est: feminam quoque talia scilicet peccante, simili pena subjuganda. Substantia sic amissa liberis, hoc ipso Jure effectus si quos habet legitimos, applicetur: ut tamen pater ab eis alatur: quibus non existantibus silco defertur.]

350. Dubitatum est, an haec pena tunc solum procedant, quando hujusmodi matrimonium irritum fuit deinde consummatum. Affirmant aliqui. Sed rectius negat Perez in d. tit. n. 15. hoc requiri, vultque sufficere, quod fuerit exterius matrimonium celebratum per verba

verba de presenti: neque Jura plus requirunt, ut colligitur ex §. 12. *Instit. de Nuptiis*, ubi in line dicitur. *Qui autem prohibitas nuptias contrahunt, & alias poenas patiuntur, quæ sacris constitutionibus continentur.*

men universatim loquendo verum non est, sed solum de Magistratu inferiore intelligendum exilium. Possent enim dignitas Personæ & Officii tanta esse, ut, alapa esset atrocior injuria, quam si inferior Magistratus graviter vulneraretur.

Infanticidium.

DE hoc agitur sub titulo *Parricidii*, ubi etiam de *Martii* & *Uxoridii* dicitur.

Injuria Realis.

S V M M A R I V M.

Lesio criminaliter agenti ad nullam restitutionem tenetur reus, arbitrio iudicis puniendus. 351. *Potesit pena ob atrocitatem crescere usque ad ultimum supplicium, ob personam laesæ & ledentis conditionem.* 352.

Quomodo puniendi injuria realis parentibus illata. 353.

An violatis uno actu diversi statuti circa percussione, valstationem, arma, teneatur reus omnibus poenis. 354.

An statum prohibens invasione cum armis, violenti armis a se invadit, sed non expedit. 355.

An invadens aliquem in vestibus domus, puniendus perinde ut invadens in domo contra statum. eod.

351. **D**E Injuriis verbalibus satis dictum est, eo. l. tr. 2. de *Jure privar.* quò me refero. Hæc aliquid addendum est de Injuriis realibus, maxime quibus vulnera infliguntur absque necesse. De quibus.

Carpovius statuit hanc regulam. Quando lacus agit criminaliter, Juxta Reo de vulneratione convicto seu confesso, pro qualitate vulneris, ac ratione circumstantiarum, poenam corporis afflictivam irrogare potest, pro arbitrio suo, que etiam aliquando solet esse amputatio manus, in quo puncto locorum consuetudo, vel speciale Statutum attendendum est. Illata poena corporis afflictiva, ad nullum aliud interesse aut datum inferendum tenetur reus, & sibi imputet lacus, quòd maluerit agere criminaliter, quam civiliter.

352. Ex conditione personæ laesæ, potest poena pro injuria reali, si ea sit admodum atrox & enormis, crescere usque ad ultimum supplicium: quod imptimis DD. tradunt circa injuriam valde atrocem illatam Magistratu. Et quamvis Carpovius nolit hujusmodi injuriam esse, si quis Magistratu alapam infligit, hæc ta-

353. Circa parentes, Scabini apud eundem Auctorem p. 2. *quest. ult. d. n. 35.* distinguunt, an injuria parentibus illata fuerit gravissima, & atrocissima, ut vulneratio aut percussio lethalis, an vero aliqua ex parte levior, v. g. bullatio aut verberatio. Priori casu liberos fustigatione, aut amputatione manus plecendos, atque in perpetuum relegandos esse putaverunt. Imò plures AA. ibidem relati tenent, posse poenam arbitrariam usque ad mortis supplicium extendi, prout contra filios immorigeros extensa est. Deuter. 21. v. 19. ibi. *Lapidibus cum obruet populus &c.* quamvis ad parentis laci inextinguibilem plerumque Juxta poenam moderabitur. Posteriore casu, nempe ob injurias leves, seu reales seu verbales, absque vulneribus illatas, filios relegatione vel carcere, in quo pro ratione circumstantiarum pane & aqua pascendi sunt, satis puniri, sicut Scabini pronuntiantur.

Damhouderus sub titulo *Invasio*, varias quaestiones movet, que ad titulum Injuria realis revocari possunt.

354. Queritur I. Si in aliquo loco existere diversa Statuta, quorum unum statueret certam poenam pro Invasione, aliam pro gestatione armorum, aliam pro vulneratione: an si quis aliquem invadendo vulneraret, ad omnes illas poenas teneretur. Respondet Damhoud. cum Hippolito de Marfil. negativè, sed puniendum esse sola pena vulnerationis. Rationem dant, quia violatio duorum priorum Statutorum confunditur cum violatione tertii Statuti, & vulneris illatione. Hæc tamen ratio difficilis est: Nam in Superioribus vidimus, quòd quando in uno actu plura delicta committuntur, poena possit exasperari. Quare non video, cur non etiam in casu posito possit reus puniri triplici poena, sicut est cumulabilis, v. g. pecuniaria. Reverà enim plus deliquit, quam qui v. g. vulneraret inflatum non prohibito, & absque invasione, eo quòd forte ab altero invasus sit, excessit tamen moderatam inculpam tutelæ. Sed de poenarum exasperatione iterum agitur in fine tractatus sequentis cap. 11. contr. 6.

355. Queritur II. Si existat statutum, ut nemo alium cum armis invadat, an sit reus ille, qui v. g. gladium vel bombardam gestans ad lacus alterum invadit, sed non extahit gladium, nec bombardam expeditam intencat. g. Affirmativè. Nam reverà invasio facta est cum armis, hoc est, ab armato, cui facile erat ad-

S
hibere

hibere arma, si alter se defenderet, nam ad hunc finem presumitur arma gestasse, ut & ipse in aggreddendo audacior esset, & alter timidior evaderet, ad quod cavendum censetur illa lex esse lata: quamvis & alii fines esse poterint.

Quæritur III. Si extaret statutum, ut quisquis alterum invaderet in domo sua, is duplo puniretur, quam alius in vafor: & deinde aliquis iussisset in vestibulo seu porticu domus tue, an duplicatâ penâ puniendus esset. *Re. Affirmative.* Quia porticus & vestibulum est pars domus. Extendit hoc Damhouderus ad eum, qui sedentem prope fores invaderet, quia etiam talis in domo sua fuisse censeri debet, & favor est ampliandus, adeoque privilegium adibus concessum etiam ad sedile illud extendendum.

Latrocinium.

SVMMARIVM.

Quid sit Latrocinium large vel strictè sumptum. 356.

Que illius pena, cum Jure Civili, tum ex Ord. Carol. 357.

An ad penam Rotæ requiratur plus quàm spoliū intentatum cum homicidio. 358.

Quænam veniant nomine armorum. 359.

An debeat ferri in via publica. 360.

Quomodo puniendi auxiliatores Latronum. 361.

An lucrum per homicidium intentum debeat sperari de presenti, vel sufficit de futuro. 362.

An rotâ puniendus, qui cum furto comprehensus occidit, ut se liberet à pena furti. eod.

Quomodo puniendum latrocinium attentatum non consummatum. 363.

An rotâ puniendus, qui vulneratum pro mortuo reliquit, sed mortem evasit. 364. & seq.

In quibus casibus rotæ supplicium possit exasperari. 366.

356. **L**atrocinium aliquando sumitur large, aliquando strictè. Large sumptum comprehendit quovis qui alium ex insidiis per vim spoliat, et si non occidendi animo, quod plerumque fit in viis occultis, locis desertis, sylvis, solibus. Strictè verò & magis ex sensu legum, illud solum dicitur Latrocinium, quo spoliatio cum occisione conjungitur, sive illius qui spoliatus est, sive alicujus, à quo timebatur delicti manifestatio: ceteri potius Grassatores & Prædones vocantur. Colligitur hoc ex variis Juris textibus. Imprimis ex lege 28. §. 10. ff. de

penis. ubi dicitur, *Grassatores, qui præde causâ id faciunt, proximi latronibus habentur.* ergo necesse sunt latrones. Deinde supponitur in §. 11. quòd latrocinium consistat in occisione, dum dicitur, eos esse suspendendos in loco commissi delicti, in solatium eorum, qui occisus conjuncti vel affines sunt. Deinde ex lege 4. C. ad L. *Com. de Sicariis.* colligitur, requiri animum occidendi, ut quis latro dicatur. [Si, ut allegas, latrociniantem peremisti, dubium non est, eum, qui inferenda cædis voluntate præceperat, Jure casum videri.] Idem supponitur in can. 19. c. 23. q. 5. ibi. *Cum homo ab homine occiditur aliquis auferendi cupiditate, sicut fit à latrone.*

357. **P**œna hujus qualificati Homicidii, Jure civili est Suspendium. L. 28. §. 13. ff. de penis. [Famosos latrones, his locis, ubi grassati sunt, furcâ ligendos compluribus placuit.] Verum hodie aliter & aliter puniuntur latrones, pro loco rum & consuetudinis diversitate.

Ordinatio Criminalis Carolina ar. 130. dicit, eum qui aliquem veneno occidit, esse morte latronum rotâ puniendum: ergo supponit, hanc esse penam latrocinii, prout per Germaniam est receptum. Sed non rectè tradit Damhouderus c. 102. in fine, hanc penam in Germania infligi illis, qui spoliant absque cæde, & qui solum large dicuntur Latrones.

358. **D**ubitatum est II. An aliquæ aliæ conditiones, quàm intentatum spoliū cum homicidio requirantur, ad hanc penam Rotæ infligendam. Nicolaus Reusnerus apud Carpzov. q. 22. n. 14. tria requirit. Primum, quòd solitus sit de prædari. Secundum, quòd cum ferro aggressus sit. Tertium, quòd in viis publicis hoc fecerit. Addunt aliqui quartum, quòd publicâ famâ laboret. Hæc omnia repugnant consuetudini Germaniæ. Nam imprimis etiam propter primum actum latrocinii, non ita pridem hic Ingolstadtii Rotæ supplicio affectum esse scimus. Unde ob frequentatum latrocinium pena exasperatur ad ultionem, & aliis modis, v. g. allegatione ad equos, tractione per traham ad locum supplicii, prout etiam non ita pridem in quodam observatum est.

359. **S**ecundò, non solum ferrum, sed & alia instrumenta veniunt nomine armorum, ut habetur lege 3. §. 2. ff. de vi & vi armata. [Armis dejectum quomodo accipimus? Arma sunt omnia tela, hoc est & fustes & lapides, non solum gladii, halz, fræz.] Et quidem ille latro, de quo antè dixi, occiderat sapione quo incedebat, cui plumbum erat insutum.

360. **T**ertio, non est necesse, ut fiat in via publica, nam & in sylvis frequentissimè fiunt. Inò in sua domo potest latrocinium fieri, prout lato vocatur in lege Divus. ff. ad L. Pomp. de parviciâ.

ricid. qui antequam eum noverat filium occidit. Sic tanquam latrones puniuntur Rotæ supplicio capones, qui apud se divertentes occidunt, spoliandi gratiâ: nihil ergo interest, quò loco fiat occisio, dummodo fiat spoliandi gratiâ, ut quis tanquam latro supplicio Rotæ puniatur. Unde Latrocinium hæc penâ plectendum non male definitur à Carpzovio: *Homicidium spoliæ seu Lucrî causâ commissum.* Gratis igitur aliqui requirunt ad substantiam Latrocinii, ut quis ex insidiis, v. g. in sylva vel via publica insidiat: nam ad hanc Rotæ penam promerendam multò magis sufficeret dormientem occidere, vel simulatâ amicitia in itinere socium nihil metuentem, quod est homicidium proditorium, de quo plura supra ut. Homicidii. Neque attendendus est vulgaris loquendi modus, quo illi soli Latrones vocari solent, qui in sylvis vel salibus aut montibus se occultant, & inde viatores præsolantur ac spoliant & occidunt. Nam pro decernendo Rotæ supplicio sufficit homicidium cum spolio saltem intentato. Unde si quis apud occisum nihil reperit, adhuc eandem penam meretur, dummodo filii homicidii fuerit lucrum ex spolio quaerendum.

361. **D**ubitatum est II. Quâ penâ plectendus sit, qui latrocinanti ad ipsam latrocinium auxilium præstat, v. g. in excubiis stat, fugam occidendi impedit: Item qui patratum latrocinium approbat, & de spolio participat. *Re.* Quidquid sit, an tales possint rectè vocari Latrones, (quæ erit inutilis questio de nomine) sunt puniendi eadem penâ quâ ille, qui homicidium propriâ manu peregit. Itâ decreverunt aliquoties Scabini, quos sequitur Carpzovius à n. 30. Et deducitur ex illis quæ de auxiliatore supra tradidimus. Et colligitur etiam à fortiori ex lege 1. §. 1. ff. de receptoribus. ubi dicitur: *In pari causa habendi sunt, qui cum latrones apprehendere possent, pecuniâ acceptâ, vel surreptorum parte dimiserunt.* Ergo multò magis, qui positivè auxilium præstiterunt.

362. **D**ubitatum est III. An Lucrum quod quis per homicidium intendit, debeat sperari de præsentî, vel possit esse de futuro. *Re.* Possit esse de futuro. Sic latrocinium committit ille Tridentinus, qui meo tempore per assalium curavit occidi suum fratrem germanum, in eum finem, ut legitima sibi debita cresceret, & sic in uxorem consequeretur puellam desideratam. Sic Scabini dicuntur penam Rotæ illi, qui aliquem occiderat eo fine, ut ejus viduam acciperet uxorem. Pari modo puniendus est, qui, ne ab aliquo ob lucrum jam quaesitum prodatur, v. g. ob furtum commissum, occidit, talis enim querit lucrum, nempe securam retentionem rei furti oblata. Hujusmodi latrocinium commit-

tunt illi, qui ad suas supersticiones & ætus Magicos, occidunt gravidas, & fetibus extractis amputant manus, ex quibus cerâ inductis Iychnos conficiunt, iisque in domo ubi furari volunt, accensus, ajunt domesticorum numerum excitari posse, dum ardent, ut referunt citatus Auctor.

Dubitatum est IV. An eodem Rotæ supplicio puniendus sit, qui deprehensus in furto & comprehensus, ut se liberet, & penam furti evadat, occidit, absque animo defendendi & lucrandi rem furtivam. *Re.* Talem non nisi ut homicidam, adeoque gladio puniendum esse, quia homicidium non ordinatur ad lucrandum, sed ad non mittendum, seu ad non subeundam penam furti.

363. **D**ubitatum est V. Quomodo puniendum sit latrocinium attentatum, sed non consummatum. *Re.* I. Si actus fuit remotus solum, nec spoliatio actu secuta, multò minus homicidium, tunc non est reus puniendus ullâ penâ mortis, sed penâ Judicis arbitrariâ, adhibita Peritorum consultatione, & consuetâ gravitate attentati, ut monet Ordinatio Carol. a. 178. Ceterum, si statutum aut consuetudo aliud haberet, esset observanda, ut monet Julius Clarus §. fin. q. 92. n. 2. *Re.* 2. Si spoliatio fuit consummata, talis puniendus est penâ Grassatoribus assignatâ, quæ solet in pluribus locis esse pena gladii, consentaneæ ad art. 126. Ord. Carol.

364. **D**ifficilis est, an, si aggressor vulneravit adeo, ut pro mortuo reliquerit vulneratum, sit puniendus penâ ordinariâ Rotæ: esto vulneratus iterum se collegerit, & mortem evaserit. Nicolaus Reusnerus defendit, hujusmodi non solum non esse puniendum penâ ordinariâ latrocinii, sed ne quidem penâ ullâ mortis, sed solum amputatione manûs, & perpetuâ relegatione. Verum, Dicterium Lipsiensis talem gladio adjudicavit, prout defendit Carpz. n. 73. eò quòd talis ad minimum puniendus sit penâ grassatoribus decretâ: ubi bene ostendit, argumenti Reusneri consequentiam esse vitiosam. Ex eo enim quòd attentatum delicti miris puniatur (quamvis nec hoc universim verum sit, præsertim in atrocissimis) quàm consummatum, male infert Reusnerus, talem non esse puniendum mortis penâ. Nam adhuc mitior pena est pena gladii quàm Rotæ.

365. **C**eterum, Scabini Lipsiensis ad huc distinctione utuntur, inter eum qui non spoliavit, quia fortè impeditus, aut in fugam conjectus fuit, & inter eum, qui insuper spoliavit eum, quem pro mortuo habebat. Priorem gladio adjudicant, quis vulneratio cum intentione spoliandi, meretur penam fractâ pacis publicæ, quæ est pena mortis. Posteriorem verò, gladio puniendum, & insuper cadaver Rotæ imponendum, prout in illis terris solet puniri Grassato-

res. Quin imò quandoque talem Rotæ adju-
dicant, eo quòd ex parte latronis nihil defuerit,
qui si scivisset, vulneratum adhuc supervivere
posse, penitus occidisset. Et Julius Clarus loco
citato testatur, se sæpius vidisse talem penam ordi-
narià Latrocinii puniri, & Judicem posse vel
hanc, vel mitiorem sententiam tutò sequi.

366. Dubitatur VI. An, & in quibus ca-
sibus Rotæ supplicium exasperari possit. R. Posse
in aliquibus casibus exasperari, colligitur ex
Ord. Crim. Carolina art. 137. §. 1. ubi dicitur: posse
homicidium perpetratum in personis illustribus,
vel conjunctis sanguine vel matrimonio, vel in
suis dominis acriter puniri per antecedentem ad-
fessionem, vel tractionem super traha ad locum
supplicii: & ratio redditur. Ad aliorum terro-
rem. Ex qua ratione DD. inferunt, (& praxis
obsevat) posse in pluribus aliis casibus, ubi ead-
dem ratio militat, exasperari. Primò, si modus
tucidandi est specialiter horribilis, v. g. disse-
canda ventrem, eviscerando, membratum trun-
canda, &c. Secundò, ob latrocinium multipli-
catum, vel ob plurium occisionem unà vice, &
unitis spoliis causâ factam, & quidem Carpozovius
ex præjudiciis Scabinorum statuit pro regula:
Latrocinii sunt toties, quoties hoc crimen re-
iteratum fuerit, vel, quòd idem est, tot vicibus,
quot personæ interfecit fuerint, demptâ unâ,
ferro candenti utilandum esse: quam regulam
n. 28. vult observandam, etiam quando uno
eodemque tempore personas plures occidit reus,
& unicum spoliis fuisse. (in quo videtur obli-
tus esse Carpozovius illius, quòd dixerat n. 19. in
sine, ut legenti pater) Imò, si cum latrocinio
repetito concurreret aliud delictum, etiam rotâ
punendum, posset toties adiri, quot personæ
occise sunt, ut idem auctor n. 40. tradit, & ita
Scabini ob conjunctum furtum sacrilegum pronun-
tiant. In repetenda tamen ultulatio-
ne attendendū est, ne per ejus repetitionem tandem
reus enecetur, nec possit principali penâ Rotæ
affici, & ideo, quando tale periculum est ante-
cipanda mortis, non est observanda posita regu-
la, ut fatetur idem auctor. & potest ulterior
ratio reddi, quia secunda & tertia ultulatio est in
se longè asperior, quàm si esset prima, adeoque
possunt æstimari tanquam æquivalentes pluri-
bus; quòd prudenti Judicis arbitrio relinquitur.

Solet etiam quandoque hujus penæ exasperatio
consistere in modo concutiendi, ita ut pri-
us extrema membra pedum & brachiorum, ul-
timo verò loco pedus, aut collum frangatur;
quamvis, si primo loco frangatur collum aut
pedus, sit potius gratia, quàm mo-
dus penæ ordina-
rius.

Lenocinium.

SUMMARIUM.

Lenocinium quid sit, & quomodo differat à quaestio
meretricio. 367.

Hoc delictum est gravius ratione personarum con-
junctarum. 368.

Parentum exponentium suas filias aut nepotes pena mul-
tiplex est. 369.

Martius leno uxoris, insinuat adulteri puniendus est.
370.

An ordinariâ penâ puniendus exponens filiam ille-
gitimam quaestus causâ. 371.

An requiratur actuum iteratio. eod.

Quâ penâ puniendus, qui sponte ruentes non impedit,
sed dissimulat lucris causâ, v. g. ut possit transigere
cum deprehensis. 372.

Quid sit factum ignorari, & postea dissimularet lucris
causâ. eod. & seq.

Quomodo puniendus, qui proficiunt ex latere con-
junctas. 374.

Quomodo puniantur proficiunt personas extraneas.
376.

An ordinatione Carolinâ comprehendantur avenes
lupanaria. 377.

An à penâ ordinariâ excuset necessitas domestica
378.

367. **L**enocinium est profectio vel pellectio
lasciu inducitur alicujus femine à se
distincte ad actum venerem quaestus causâ.
Differat à Meretricio quaestio, quòd meretrix in
proprio corpore quaestum querat, leno verò vel
lena in alieno. Contra Lenones existit Novella
14. ubi sic tandem statuitur. [Omnibus prohi-
bemus modis, & nulli fiduciam esse, pascere me-
reticem, & in domo habere mulieres aut publicè
prostituerent ad luxuriâ, & pro alio quodâ negotio
talia mercari: neque conscriptiones super hoc
percipere, neque sive jussiores exigere: nec tale a-
liquid agere, quòd cogat mulierem & invitas suam
castitatem confundere: Neque sperare: quia
licebit de cetero eis vestium donatione aut orna-
mentorum forsitan aut alimentis decipere: ut etiam
invitas sustineant. Non enim permittimus fieri
quidquam tale, sed etiam nunc omnia talia breviter
competenti curâ disponimus, statuentes etiam
reddi eis omnem quam contrigerit cautio-
nem occasione sceleris hujus exponi: & neque
permittimus sceleratos lenones, si quid dederunt
eis, hoc ab eis auferre: sed etiam ipsos lenones
jubentur extra hanc fieri felicissimam civitatem,
tanquam pestiferos, & communes castitatis va-
statores factos, & liberatos, ancillasque requiren-
tes

tes & deducentes, ad hujusmodi necessitatem, &
deceptentes, & habentes educatas ad universam
confusionem. Praconizamus itaque, quia si
quis de cetero præsumperit invitam puellam
assumere, & habere ad necessitatem nutritam,
& fornicationis sibi deferentem quaestum, hunc
necesse esse spectabilibus Prætoribus populi hujus
felicissimæ civitatis comprehendendum, omnia
novissima sustinere supplicia.]

368. Porro, delictum Lenocinii non est
æquale, sed modò gravius, modò minus grave,
pro diversa conjunctione personarum, nam utri-
que gravius & detestabilius est delictum paren-
tum exponentium suas filias, aut consanguineas,
item mariti pellicentis uxorem, ut cum alio ad-
ulteretur, quàm illius, qui puellam extraneam
alibi in hunc finem, ut inde quaestum habeat, ut
faciunt, qui lupanaria placent. Unde sequitur,
inæquali etiam penâ puniendum esse. Ita-
que

369. Dicendum I. Parentum exponen-
tium suas filias aut nepotes, pena multiplex est.
Primò enim ex communi DD. opinione privantur
patria potestate, & ad publica metalla con-
demnantur. arg. l. 12. C. de Episcop. audient. [Si
Lenones patres & domini suis filiabus vel ancillis
peccandi necessitatem imposuerint, liceat filiabus
& ancillis Episcoporum implorato suffragio
omni miseriarum necessitate absolvi.] Et clari-
us l. 6. C. de Spectaculis, scenicis, & lenonibus. [Lenones
patres & dominos, qui suis filiabus vel ancillis
peccandi necessitatem imponunt, nec jure
frui domini, nec tanti criminis patitur libertate
gaudere. Igitur tali placet eos indignatione
subduci, ne potestatis jure frui valeant, nevé
quid eis possit acquiri, sed ancillis filiabusque, si
velint, conductivè pro paupertate personis quas
fors damnavit humilior, Episcoporum liceat, Judicium
etiam, defensorumque implorato suffragio, omni
miseriarum necessitate absolvi, ita ut
si insistendum eis lenones esse crederint, vel
peccandi ingerant necessitatem invitæ, amittant
non solum eam, quam habuerint potestatem,
sed proscripti pena mancipentur exilii, metallis
addicendi publicis, quæ minor pena est, quàm
si præcepto lenonis cogatur quispiam coitionis
fordes ferre, quas nolit.] Hinc Farinacius, Me-
nochius, & alii colligunt, quòd etiam leno amittat
lucrum fructum bonorum adventitiorum illius
prolis quam exposuit pro quaestum.

Verum, hæc penâ hodierno jure sunt abro-
gata, vel potius in asperiores (in qua illæ con-
tinentur) commutata, nempe ut talis leno ultimo
supplicio afficiatur, ut constat ex verbis No-
vellæ 14. recitatis, & Follerus apud Carpz. testatur,
patrem filiz & uxoris lenonem, fuisse con-
victum.

370. In marito lenone uxoris, est etiam

specialis ratio, quia talis insinuat adulteri punien-
dus est, per legem 2. §. 2. ff. ad L. Jul. de adult.
[Lenocinii quidem crimen lege Julia de adul-
terio proscriptum est, cum sit in eum maritum
pena statuta, qui de adulterio uxoris sue quid
ceperit.] & l. 8. eod. [Qui domum suam, ut
stuprum adulteriumve cum aliena matrefamili-
as, vel cum masculo fieret, sciens præbuerit,
vel quaestum ex adulterio uxoris sue fecerit, cu-
juscunque sit conditio, quasi adulter puni-
tur.]

Ad que Jura se refert art. 122. Ord. Carol.
dicens: Si quis uxorem aut liberos, cujuscum-
que lucris causâ permiserit aliud libidinem, est
infamis, & secundum jus commune puniendus
est.

371. Queritur I. An ordinariâ penâ
punendus sit parens, qui filiam suam illegiti-
mam quaestus causâ exponit. R. Affirmative,
cum quia lex non distinguit, cum quia sangui-
nis nexus, illic debita reverentia, per hujus cri-
minis punitionem attenditur & intenditur.

Queritur II. An requiratur actuum iteratio,
vel sufficiat unicus actus. R. Unicum
sufficere, quia Jura non requirunt iterationem,
per expressam legem 29. §. 4. ff. ad L. Jul. de adult.
[Quaestum autem ex adulterio uxoris facere vi-
detur, qui quid accepit, ut adulteretur uxor: sive
enim sapius sive lenel accepit, non est eximien-
dus, quaestum enim de adulterio uxoris facere
proprie ille existimandus est, qui aliquid accepit,
ut uxorem patretur adulteri meretricio
quodam genere.] Et in facti contingentia Scabi-
ni talem ad gladii penam condemnantur.

372. Queritur III. Quâ penâ punien-
dus sit, qui quidem ipse uxorem aut liberos non
exponit, nec sollicitat ad fornicandum, sed spon-
te ruentes non impedit, sed sciens permittit, &
dissimulat spe lucris, quia post pactum scelus v. g.
transigit cum deprehensis. Ratio dubitandi esse
potest, quia Nov. 14. & quædam alia Jura, solum
loquuntur de lenonibus, qui in vitas adigunt
ergo non videntur puniendi penâ ordinariâ.
Hoc tamen non obstante dicendum est, esse nihilominus
punendum penâ Ordinariâ. 1. quia
hoc est conforme Ordinationi Criminali relatæ,
quæ plus non requirit, quàm permissionem.
2. Quia lege 29. §. 4. relato, etiam ille dicitur
lenocinium perpetrare, qui patitur uxorem adul-
terari: atqui sciens & non impediens, cum pos-
set, utique patitur. ergo &c. Aliud esset, si ig-
noraret factum, sed postea sciens dissimularet,
etiam lucris spe, quia talis non rectè diceretur per-
missus.

373. Verum, contra hanc ultimam excep-
tionem objici posset lex 29. pr. ff. ad L. Jul. de adult.
ubi dicitur. [Mariti lenocinium lex coercuit,
qui deprehensam uxorem in adulterio retinuit,

adulterumque dimisit.] *lex. 2. C. eod.* [Crimen lenocinii contrahunt, qui deprehensam in adulterio uxorem in matrimonio retinuerunt.]
 373. Hos textus vel correctos esse per auct. C. eod. ex Nou. 117. c. 8. delumptam, ut vult Bart. & Carpz. vel certe hodie non ligant, quando etiam (etsi contra leges antiquas) hodiernis moribus sustinetur transactio super adulterio, ut etiam notat Julius Clarus §. fin. q. 18. n. 11. in fine.

374. **Queritur IV.** An, quod dictum est de prostituta uxorem aut filias, sit extendendum quoad penam ultimi supplicii etiam ad illos lenones, qui prostituunt personas vel sanguine sibi ex latere conjunctas, ut frater sororem, vel suæ curæ ac tutelæ commissas, ut matris puellam, tutor pupillam. Ratio dubitandi est, quia tales parentum loco habentur. Et ideo affirmativam tenent Farinacius, Tolosanus, Menochius, Berlichius, alij. Verum, hujusmodi non esse puniendos penâ capitis, sed mitius, nempe prout dicitur de prostituentibus personas alias extraneas, (cum aliqua tamen exasperatione iudicis arbitrio determinanda, ut ego puto) non immerito asserit Carpovius, quandoquidem Jura expressè loquantur de parentibus & marito, in penalibus autem non debet fieri extensio legis ad personas, quæ non nisi improprie parentes censentur.

375. **Queritur V.** An locus sit penæ Ordinariæ, quando lucrum nullum est secutum quod sperabatur. Scabini in facti contingentiâ judicantur, sufficere penam fustigationis, cum perpetua relegatione. Sed illi se fundabant in verbis Constitutionis Electoralis Saxonice. Quod si considerem verba Ordinationis Criminalis Carolinæ, videtur omnino affirmandum. Expressè enim requirit unicè ut lenocinium fiat amore lucrî. Non autem requirit actualem fruitionem lucrî. Sicut in simili dictum est de Latrocinio, sufficere spem spoliij, etiam si nullum secutum sit.

376. **Dicendum II.** Qui personas extraneas prostituunt, aut cum lenocinio sollicitant, quamvis, in spectro Jure civili, etiam penâ ultimi supplicii essent coercendi, passim tamen mitius puniuntur, pro diversâ locorum consuetudine. Et quidem secundum Ordinationem Carolinam art. 123. pro delicti qualitate arbitrarè, puta exilio, numellis, aurium mutilatione, fustigatione. ibi. [Tales malitiosi lenones & lenæ, item illi qui scienter, malitiosè & ex proposito domos suas ad hoc locant vel indulgent, pro conditione delicti, & iudicio Jurisperitorum, sive relegatione, sive numellis, sive aurium abscissione, sive fustigatione, aut alio modo puniantur.] Jure Bavarico *Or. Pol. lib. 5. tit. 9. a. 15.* tales puniuntur impositione lapidis famosi,

vel simili penâ famosâ, cum relegatione in perpetuum.

377. **Dubitatur I.** An hac Ordinatione comprehendantur etiam illi, qui meretricibus quælibet causâ exponunt in Lupanariis. Ratio dubitandi est, quia Ordinatio solum loquitur de seducuntibus innocentes puellas, & virgines. Nihilominus, non est cogitandum, quod Imperator voluerit alios lenones esse impunitos, quandoquidem diversâ generâ penarum inæqualium enumerat. Caterum, ubi lupanaria permittuntur, fortè non nisi pecuniario tributo puniuntur, de quo mihi non constat.

378. **Dubitatur II.** An à penâ ordinaria, ultimo scilicet supplicio, excusare possit necessitas domestica, quâ quis ad alendam familiam impellitur ad lenocinium exercendum. Affirmat Menochius *lib. 2. arb. cent. 6. casu 134. n. 14. & seqq.* Farinacius *q. 144.* Nec respicâ (quamvis verbis) dissentire videtur Carpovius *n. 71.* dum refert præjudicium Scabinorum, qui talem ad fustigationem & relegationem condemnantur.

Verum, contrarium dicendum est cum Berlichio I. per legem 43. §. 5. ff. de *Kim Nupt.* ubi Ulpianus de Meretricibus & Lenonibus agens dicit. *Non est ignoscendum ei, quæ obtentu paupertatis turpissimam vitam agit.* Neque potest subsistere effugium Menochii, distinguens inter *paupertatem & necessitatem.* Nam, ut videbimus, textus quem ille pro se affert, etiam loquitur de Paupertate, adeoque Jura in hoc puncto non distinguunt inter præsentiam paupertatis & necessitatem.

Probatur II. Quia quod non licet domino in ancillis ob necessitatem, neque debet licere aliis, atqui domino non ignoscitur si prostituat ancillas ex præsentia necessitate, ut patet ex legibus sup. adductis, ergo &c. Denique, hac ratione etiam Latrocinia excusari possent à penâ ordinaria, quod nemo dixerit. Et notandum est, quod vix casus excogitari possit, quo non superfit aliud honestum medium sublevandi necessitatem, quam turpissimum lenocinium. præsertim cum ex Theologorum doctrina necessitas excuset à crimine furti, quia bona aliorum aequaliter sunt communia in casu necessitatis, ut declaravi *to. 1. de Jure privat.*

Obijciunt textum in lege 2. C. de *patribus qui filios distraxerunt.* Verum, ille textus loquitur de venditione honesta liberorum, & quidem liberorum vix natorum: quomodo ergo inde lenones excusari possunt? sic habet. [Si quis propter nimiam paupertatem egestatemque, victis causâ filium filiamque sanguinolentos vendiderit, venditione in hoc solummodo casu valeat. &c.]

Limi-

Limitum translatio,

S V M M A R I V M.

Quid sit per limites intelligatur. 379.

Quid de translatione limitum statuat Ord. Carolina. eod.

Quomodo puniendus, qui lite de limitum differentis pendente, terminos transponit. eod.

379. **P**ER limites intelliguntur, illa signacula, quibus agri vicinorum ab invicem dimittuntur, de quibus est titulus Digestorum: de *Termino mozo.* De hoc crimine exitat in Ord. Crim. Carol. articulus 154. ubi pro qualitate & conditione rerum & personarum puniendum arbitrio Judicis relinquatur. Nam & Jure communi, tit. cit. diversis modis hoc delictum committendi diversæ penæ constitutæ sunt, ad quas Juxta attendere, & se conformare potest. Lex. 2. sic habet ibi. [de penâ tamen, modus ex conditione personæ, & mente facientis magis statui potest. Nam si splendidiore personæ sunt, quoque convineantur, non dubie occupandorum alienorum finium causâ id admiserunt, & possunt in tempus, ut cuiusque patietur ætas, relegari: id est, si juvenior, in longius, si senior, recibus. Si verò alii negotium gesserunt, & ministerio functi sunt, calligati, & ad opus biennio dari. Quod si per ignorantiam, aut fortuito lapides furati sunt (id est ignorantes, esse terminos) sufficere eos verbis decidere.] Deinde lex 3. sic habet. [Legè agrariâ, quam Gaius Cæsar tulit, adversus eos qui terminos statuos extra suum gradum finesve moveunt dolo malo, pecuniaria penâ statuta est. nam in terminos singulos, quos eiecerint, locove moverint, quinquaginta aureos in publico dari jubet, & ejus actionem, petitionem ei qui voluit, esse jubet. Aliâ quoque lege agrariâ, quam Divus Nerva tulit, cavetur, ut si servus quem velle inscienter domino, dolo malo fecerit, et capitale esse, nisi dominus dominave multam sufferre maluerit.] Glossa notat, eum, qui limites transponit, ut suos agros & pirata dilatat, præter furtum committere falsum, de quo supra actum] & ideo variè puniri, ut in textu habetur. Jure Bavarico punitur arbitrio Judicis Vicecomini.

Queritur, quomodo sit puniendus, qui lite, de limitum differentis pendente, terminos transponit. Respondet cum Damboudero Gühlius, quod cum expensarum retributione causâ cadat, & damnandas sit ad restitutionem tantidem, quantum alteri per transpositionem eri-

pere conabatur, tantum scilicet de agro suo illi transcribendo.

Magia, seu Maleficium, Veneficium, aut Sortilegium.

S V M M A R I V M.

Quare Magi vocari soleant Venefici. 380.

Maleficium specificè sumptum est crimen Publicum. 381.

In quo sensu numeretur inter delicta extraordinaria. eod.

Que solemnitas soleat intervenire, quando Magi damoni hominibus præstant. 382.

Que forma observetur in privata seu tacita conventionione. 383.

Ad quam Jurisdictionem, Ecclesiasticam an Secularem spectet hoc delictum. 384.

Cuius loci Index sit Ordinarius. 385.

Quanam indicia requirantur, ut per inquisitionem procedi possit. 386.

An ad inquirendum in certam personam procedere debeat inquisitio, remissive. 387.

Argumenta decem opinionis negantis fidem adhibendam esse denunciacionibus præcise. 388. & seqq.

Argumenta vicedecem opinionis affirmantis. 397. & seqq.

Malefici de se confessi, etiam de locis rogandi sunt, rogati jure nature obligantur ad indicandos nocentes, de quorum emendatione nulla spes est. 401.

Denunciaciones factæ à dispoisitis ad penitentiam, & à confessorio absolutis, ac monitis de periculo salutis majorem fidem merentur. 402.

Denunciatio præsentis, non vero de mancipatione facta diabolo, non multum fidei meretur. 405.

Nisi de singularibus actibus inter choreas & conviviva exerceri solent denunciatio fiat, non sufficit ad toruram, & infirma est. 406.

Imò de qualibuscunque actibus facta denunciatio non facit moralem certitudinem. 407.

Neque tunc integram fidem meretur, si denunciator aliis criminibus est obnoxius. 408.

Variatio quoque vitæ maleficiorum inculpationem. 409.

Quid sit tribuendum vocari onis factæ post sententiam mortis sibi dictam, & tempore sacramentalis confessionis, vel Eucharistie sumenda. 410.

Contra veras denunciacionum fidem admittit. 411.

Inimicitia graviter infirmat. 412.

Bona fama contra denunciacionem non parum patrocinatur. 413.

Bone